AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 36v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et ideo que diuisorum hereticorum uarietate dicuntur. ad istam
questionem non pertinent. Illud enim inquo corrigendum
est. quod ille per quem corrigitur prauum esse perspexit. illud
sanandum est quod egrotat. illud dandum est quod non habetur.
et maxime caritas pacis. sine qua ceteri prodesse non pos
sunt. sed tamen cum assunt non quasi desunt tradenda
sunt. sed ut fructuose non perniciose habeantur. per ipsum
uinculum pacis. et eminenciam caritatis agendum est.
Quam obrem si euangelicis uerbis in nomine patris et filii et spiritus sancti
marcion baptismum consecrabat. integrum erat sacramen
tum quamuis eius fides sub eisdem uerbis aliud opinantis quam
catholica ueritas docet. non esset integra. sed fabulosis
falsitatibus inquinata. Nam sub eisdem uerbis idem in nomine patris
et filii et spiritus sancti non solum marcion. aut ualentinus. aut arrius.
aut eunomius. sed ipsi carnales paruuli ecclesie quibus dice
bat apostolus. non potui loqui uobis quasi spiritalibus. sed quasi
carnalibus. si possent singuli diligenter interrogari.
tot diuisitates opinionum fortassis quot homines nume
rarentur. Animalis enim homo. non percipit ea que sunt spiritus dei.
Numquid tamen non integrum ideo sacramentum accipiunt. Aut
numquid ideo si profecerint. aut opinionum carnalium
uanitatem emendauerint. denuo quod acceperant repeten
dum est. Accipit enim quisque secundum suam sed quantum capit gu
bernante illa misericordia dei. de qua presumens idem apostolus ait. Si quid